

## Queritur utrum sensus sit susceptivus specierum sine materia?

Alphonsus Vargas Toletanus, OESE, *De anima*, Lib. II, questio 6, art. 1 (Cremona, Biblioteca Statale, MS. 113)

Transcribed by Annemieke Verboon<sup>1</sup>

### sigla

C = Cremona, Biblioteca Statale, ms. 113. Quaestio 6.1 (fols. 45vb -- 50ra)

V = Veneta, ed. Jordani Ziletti, 1566 (Alphonsus Vargas Toletanus, *In Aristotelis libros De anima subtilissimae quaestiones*). Quaestio 6.1 (pp. 53-59; E3rb – E6ra). [Bavarian State Library, sig. 2 A.gr.b. 1078.](#)

om.	omisit
add.	addidit
del.	delevit
exp.	expunxit
iter.	iteravit
f.	folium
quidem: idem V.	C habet ‘quidem’, V habet ‘idem’

I have corrected the female “e” in “ae” for clarity’s sake, but I left mere spelling variants, e.g. ymo (immo), intencionales (intentionales), nichil (nihil), etc.

### bibliography

Bakker, Paul J. J. M. & John H. L. Van den Bercken, The Commentary on Aristotle’s *De Anima* by Alphonsus Vargas Toletanus, OESA. *Bulletin de Philosophie Médiévale*, 2010 (52), pp. 201-234.

### Lib. II. questio 6, art. 1:

45vb<sup>2</sup>/ Queritur utrum sensus sit susceptivus specierum sine materia? Et videtur quod non. Species rerum sensibilium habent<sup>3</sup> in aere verum esse reale, ergo sensus non est susceptivus talium specierum sine materia. Consequentia nota videtur pro tanto, quia tunc dicitur passum, sive potentia recipi<sup>4</sup> et species sine materia, quando non recipit eam sub illo modo essendi reali, sub quo erant in suo subiecto, ergo per oppositum. Quando species recipitur sub esse reali, quod habebat in subiecto, //46ra// non dicitur recipi sine materia. Sed si species rerum sensibilium habent in aere verum esse reale, reciperentur in sensu sub esse reali, quod habebant in subiecto, non ergo recipientur sine materia, patet igitur consequentia. Antecedens probatur sic. Illud, quod habet esse in medio, omni operatione intellectus circumscripita, habet in eo verum esse reale, sed species rerum sensibilium habent esse in medio, omni operatione intellectus circumscripita, ergo. Maior patet per *Philosophum*

<sup>1</sup> The transcriber would like to acknowledge the funding from the European Research Council for the research project *Rationality in Perception: Transformations of Mind and Cognition 1250-1550* under the grant agreement n. 637747. Warm thanks also go to Filipe da Silva and Tuomas Vaura for their generous suggestions.

<sup>2</sup> 53b V.

<sup>3</sup> habent: habet V.

<sup>4</sup> recipi: recipere V.

6° *Metaphysicae*, qui dividit<sup>5</sup> ens in reale et rationis, vocat ens reale, quod<sup>6</sup> habet esse a ratione. Minor patet de se, ergo. Secundo<sup>7</sup>, si sensus esset susceptivus specierum sine materia, species recepta in sensu, aut causaretur effective ab obiecto, vel<sup>8</sup> ipso sensu, haec patet per sufficientem divisionem. Non potest dici quod causaretur ab obiecto, quia semper agens est praestantius et nobilius passo<sup>9</sup> ut dicitur 3° *De Anima* vel huius<sup>10</sup>, subiectum autem non est<sup>11</sup> nobilius sensibili, quia sensibile est magis materiale, sensus ymmo<sup>12</sup> magis immaterialis et spiritualis et omne tale est nobilius. Non ergo potest dici species in sensu effective ab obiecto causari, nec potest<sup>13</sup> effective causari a sensu, quia sensus secundum *Philosophum* 2° huius habet esse vere<sup>14</sup> passivus et per consequens non est dare sensum aliquem agentem, qui sit causa effectiva<sup>15</sup> huiusmodi specierum. Non ergo potest dici species ab aliquo causari et per consequens sensus non est susceptivus talium specierum sine materia.

In oppositum<sup>16</sup> est *Philosophus* in litera. In<sup>17</sup> ista questione tria sunt videnda. Primum est: Utrum species, sive intentiones, rerum sensibilium habeant in medio esse reale, vel<sup>18</sup> intentionale? Quia hoc tangit primum argumentum. Secundum<sup>19</sup>: Utrum sit dare aliquem sensum agentem, qui habeat virtutem aliquem<sup>20</sup> effectivam respectu talium specierum? Et hoc tangit secundam argumentum. Tertium quod quaerit quaestio principalis.

Quantum ad primum, ordine hoc<sup>21</sup> procedetur, quia primo ponetur quedam opinio cum motivis suis, que directe opponitur conclusioni doctoris nostri.<sup>22</sup> Secundo declarabitur opinio doctoris nostri et simul cum hoc impugnabitur opinio et contraria. Tertio et ultimo solventur rationes alterius conclusionis sive<sup>23</sup> oppinionis.<sup>24</sup> Est enim<sup>25</sup> opinio, que ponit per ordinem duas conclusiones. Prima<sup>26</sup> est quod lumen in aere habet verum esse reale, et idem intelligendum de<sup>27</sup> specie coloris et cuiuslibet alterius sensibilis in medio. Secunda<sup>28</sup> 29 quod impossibile est duo lumina, sive duas<sup>30</sup> intentiones solo numero differentes esse in subiecto eodem, sive in eadem parte aeris. Iste autem doctor in ponendo istas conclusiones, hoc ordine procedit, quia primo arguit contra se. //46rb// Et secundo<sup>31</sup> probat conclusiones suas. Tertio solvit rationes contra se factas.

<sup>5</sup> dicebus(?): dividit V.

<sup>6</sup> non *add.* V.

<sup>7</sup> Secundo: Praeterea V.

<sup>8</sup> in *add.* V.

<sup>9</sup> passo: patiente V.

<sup>10</sup> tertio *De Anima* vel huius: tertio huius V.

<sup>11</sup> autem non: aliquod est V.

<sup>12</sup> ymmo *om.* V.

<sup>13</sup> dici *add.* V.

<sup>14</sup> esse vere: est pure V.

<sup>15</sup> causari *add.* V.

<sup>16</sup> dubium *in margine* C.

<sup>17</sup> In: Respondeo *in* V.

<sup>18</sup> tantum *add.* V.

<sup>19</sup> secundum *in margine* C.

<sup>20</sup> alitam (*sic*) C.: aliquam V.

<sup>21</sup> 54a V.

<sup>22</sup> Hervaeus Natalis 2. Secunda diffinitione. 15. q. 1 *in margine* V. (with thanks to Paolo Rubini).

<sup>23</sup> conclusionis sive *om.* V.

<sup>24</sup> Opinio ...(?) secundum ...(?) *add.* 2<sup>nd</sup> hand C.

<sup>25</sup> enim: igitur quaedam V.

<sup>26</sup> prima conclusio *in margine* C.

<sup>27</sup> dicitur: est de V.

<sup>28</sup> secunda conclusio *in margine* C.

<sup>29</sup> est *add.* V.

<sup>30</sup> duas: due V.

<sup>31</sup> secundo: secundo V.

Primo. Arguit conclusio<sup>32</sup> igitur primo sic: Impossibile est plures formas substantiales solo numero differentes esse simul in eodem subiecto, sed plura lumina sunt in eadem parte aeris, sive medii, ergo. Maior nota<sup>33</sup> de se. Minor probatur.

1°).<sup>34</sup> Si ponatur quaedam tabula perforata et ponantur duo lumina sive due candelae ex utraque parte forationis, illa lumina proicient<sup>35</sup> radios suos ultra foramen, et in ipso foramine simul concurrent, et per consequens videtur quod in foramine sint duo lumina solo numero differentia.

2°). Hoc idem probatur ex experientia. Si ponatur virga, vel baculus, inter duo lumina<sup>36</sup>, statim faciet umbram ex utroque parte luminis<sup>37</sup>. Hoc autem non esset, nisi ex utraque parte privaretur lumen unius luminaris, et dimitteretur lumen alterius liminaris<sup>38</sup>.

3°). Hoc idem apparet de intentionibus coloris, quae, quantum ad hoc, sunt eiusdem rationis cum lumine, nam cum per unum<sup>39</sup> medium a diversis videantur distincta alba, vel distincta<sup>40</sup>. Ita, quod illud, quod videtur ab uno, non videtur ab alio. Oportet quod in medio sint diversae intentiones albi. Alioquin si non esset, nisi una, illa duceret<sup>41</sup> quemlibet videntem in cognitionem utriusque albi, quod est contra suppositum.

Secundo<sup>42</sup> arguitur ad principale sic: Nulla forma realis multiplicatur in instanti, sed lumen multiplicatur in instanti, ergo.

Tertio<sup>43</sup> sic: Omnis forma realis potest manere absente suo agente, sed lumen non manet absente<sup>44</sup> agente, ergo non est forma realis. Hoc facto declarat iste doctor intentionem suam<sup>45</sup>, sive positionem suam, dicens, quod esse intentionale potest capi dupliciter<sup>46</sup>. Unomodo ut<sup>47</sup> distinguitur contra reale ens sic: quod est tantum ens rationis, sicut est universalitas, vel aliud tale. Et sic impossibile est lumen esse tale ens intentionale<sup>48</sup>, quia aliquam entitatem habet in re extra animam. Aliomodo<sup>49</sup> capi intentionale per illo<sup>50</sup>, quod est representativum alterius. Sicut si imago Herculis diceretur intentio eius, sed intentio dicta sic habet verum esse<sup>51</sup> reale existens in genere determinato<sup>52</sup>, probabitur statim. Et isto modo lumen dicitur habere esse intentionale in eo<sup>53</sup>.

Probatur ergo assumptum scilicet quod lumen et quodlibet aliud<sup>54</sup> habet sic esse intentionale quod habeat tantam entitatem, quod sit in aliquo genere determinato, quia hoc negatur ab aliquibus. Hoc autem sic probatur a *Philosopho 6° Metaphysice* ubi<sup>55</sup> dividit ens reale, quod cum dividitur<sup>56</sup> in ente<sup>57</sup> enti rationis in X. *Praedicamenta* sed lumen non pertinet ad illud ens quae est tamen ens rationis, quia, ut dictum, est ponit aliquid extra animam, etc. Lumen pertinet //46va// ad ens quod dividitur in X. *Praedicamenta* sed ens quod dicitur in X. *ie praedicamenta* dividitur in ea sufficienter.

<sup>32</sup> conclusio *om. V*

<sup>33</sup> Est *add. V.*

<sup>34</sup> 1° *om. C.*

<sup>35</sup> proicient: proijcient *V.*

<sup>36</sup> lumina: luminaria *V.*

<sup>37</sup> utroque parte luminis: utroque latere *V.*

<sup>38</sup> ergo *add. V.*

<sup>39</sup> unum: idem *V.*

<sup>40</sup> vel distincta *om. V.*

<sup>41</sup> ducunt (sic): duceret *V.*

<sup>42</sup> secundo arguitur *in margine C.*

<sup>43</sup> tertio arguitur *in margine C.*

<sup>44</sup> suo *ad. V.*

<sup>45</sup> suam *om. V.*

<sup>46</sup> esse intentionale potest capi dupliciter *in margine C.*

<sup>47</sup> ut: prout *V.*

<sup>48</sup> intentionalis *C.*

<sup>49</sup> potest *ad. V.*

<sup>50</sup> per illo: illud *V.*

<sup>51</sup> esse: ens *V.*

<sup>52</sup> quod: ut *V.*

<sup>53</sup> eo: ipso medio vere, et proprie, et habere esse reale in eo *V.*

<sup>54</sup> quod *ad. V.*

<sup>55</sup> ubi *om. V.*

<sup>56</sup> cum dividitur: condivideitur *V.*

<sup>57</sup> in ente: enti *V.*

Ita quod sub enti reali impossibile est dare aliquod ens quod non sit in aliquo predicamento alioquin divisio illa esse insufficiens, quia impossibile est aliquod contineri sub aliquo communi, quin contineatur sub aliquo membrorum ipsum dividendum, si sufficienter dividatur. Ut impossibile est dare animal, quod non sit rationale, vel irrationale, oportet ergo dicere quod lumen est<sup>58</sup> in aliquo predicamento. Et si dicatur<sup>59</sup>, quod lumen est in predicamento<sup>60</sup> per reductionem, sicut punctus, vel unitas.<sup>61</sup> Et ideo non oportet quod sit ens reale, quod simpliciter est in predicamento. Arguitur<sup>62</sup> contra hoc dupliciter.<sup>63</sup> Primo et probatur, quod lumen per se et non per reductionem est in praedicamento. Secundo ostenditur, quod posito quod haberet esse in predicamento per reductionem, adhuc tamen habebit<sup>64</sup> verum esse reale.

Probatur primum<sup>65</sup>: Illud cui convenit ratio generis generalissimi expresse<sup>66</sup> et directe est in predicamento, sed lumini convenit ratio generis generalissimi, ergo. Minor patet de se, quia est qualitas. Maior patet, quia illud dicitur esse in predicamento, non<sup>67</sup> sicut species predicamenti, cui non<sup>68</sup> convenit ratio generis generalissimi<sup>69</sup>, quia qualitas est forma, secundum quam quales esse dicimur, sed secundum lumen aer dicitur<sup>70</sup> lucidus et illuminatus, ergo erit per se in genere qualitatis et in ista specie.

Probatur secundum sic: illud, quod est in predicamento sicut principium rei existentis in predicamento habet<sup>71</sup> verum esse secundum<sup>72</sup> reale, sed lumen, sic<sup>73</sup> habet esse in predicamento per distinctione<sup>74</sup>, sicut punctus, vel unitas, habet esse in predicamento, sicut principium rei existentis, ergo. Maior patet quia punctus et unitas, forma et materia, que isto modo sunt in predicamento habent verum esse reale. Minor est nota de se, ergo. Patet igitur prima conclusio, videlicet, quod lumen in medio habet verum esse<sup>75</sup>, ut dictum est de lumine, intelligendum est de speciebus colorum in medio, que, quantum ad hoc sunt eiusdem rationis cum lumine.

Deinde probatur secunda conclusio<sup>76</sup>, videlicet, quod impossibile sit<sup>77</sup> lumina solo<sup>78</sup> numero differentia esse in eadem parte aeris, sive et<sup>79</sup> intentiones. Et arguitur: sicut se habet accidens ad esse subiecti, ita unitas, et pluralitas<sup>80</sup> se habent ad unitatem et pluralitatem subiecti, sed esse cuiuscunque accidentis dependet ad esse subiecti, quia accidentia non<sup>81</sup> entia nisi quia entis, ergo unitas et pluralitas subiecti<sup>82</sup> cuiuscunque dependet ab unitate et pluralitate (sic) subiecti, cum igitur lumen et intentiones sint accidentia unitatis et pluralitatis<sup>83</sup> (sic) ipsorum sumetur ab unitate et pluralitate (sic) subiecti<sup>84</sup> medii. Igitur non poterunt duo lumina solo numero differentia, sive due

<sup>58</sup> est: sit V.

<sup>59</sup> ad istam rationem *add.* V.

<sup>60</sup> 54b V.

<sup>61</sup> quod lumen est per reductionem in puncto *in margine C.*

<sup>62</sup> impugnitio *in margine V.*

<sup>63</sup> Arguitur quod est per se et non per reductionem *in margine C.*

<sup>64</sup> habet (*sic*): habebit V.

<sup>65</sup> primum probatur sic V.

<sup>66</sup> expresse: est per se V.

<sup>67</sup> non *om.* V.

<sup>68</sup> non *om.* V.

<sup>69</sup> minor patet *add.* V.

<sup>70</sup> esse *om.* V.

<sup>71</sup> simpliciter *add.* V.

<sup>72</sup> secundum *om.* V.

<sup>73</sup> sic: si V.

<sup>74</sup> distinctione: reductionem V.

<sup>75</sup> reale *add.* V.

<sup>76</sup> secunda conclusio *in margine C.*

<sup>77</sup> duo *add.* V.

<sup>78</sup> solo *om.* V.

<sup>79</sup> et: duo V.

<sup>80</sup> accidentis *add.* V.

<sup>81</sup> sunt *add.* V.

<sup>82</sup> subiecti: accidentis V.

<sup>83</sup> unitatis et pluralitatis: unitas et pluralitas V.

<sup>84</sup> id est *add.* V.

intentiones //46vb// esse in eadem parte aeris. Et confirmatur<sup>85</sup> ista ratio specialiter<sup>86</sup> de intentionibus huiusmodi, quia, quanto magis dependet accidens a subiecto, tanto minus potest habere pluralitatem, nisi a pluralitate subiecti, sed lumen, et ille<sup>87</sup> intentiones magis dependent a subiecto, cum habeant entitatem debilissimam, ergo minime possunt plurificari in eodem subiecto. Nec videtur valere, si dicatur ad istam rationem, quod lumen, et huiusmodi intentiones habent pluralitatem ab agente, sive ab obiecto, quia ab eodem dependent in esse, et in fieri, quia constat quod omnis forma, quecumque sit in aliquo subiecto dependet subiective et etiam<sup>88</sup> substantive a subiecto, in quo est, et tamen semper dependet ab aliqua causa effectiva conservante, quecumque sit illa, eadem<sup>89</sup> ratione, qua tales forme possent plurificari in eodem subiecto propter<sup>90</sup> diversitatem agentium conservatum, possent et quecumque alie forme a diversis agentibus causate plurificari in eodem subiecto, quod evidenter apparet falsum et<sup>91</sup> enim albedines a quocumque<sup>92</sup> causarentur esse<sup>93</sup> in eodem subiecto simul et<sup>94</sup> omnino impossibile. patet igitur secunda conclusio.

Conclusionibus sic probatis, respondet iste doctor rationibus<sup>95</sup> contra se aductus<sup>96</sup>.

Ad primum, cum dicitur, quod impossibile est plures formas reales esse in eodem subiecto.<sup>97</sup> Dico quod, minor, est totaliter falsa, ut patet ex secunda conclusione, et ad probationes respondet. Ad primam dicendo<sup>98</sup>, quod illa duo<sup>99</sup> lumina non faciunt duo lumina in illo foramine tabule, sed unum tantum, sicut et<sup>100</sup> albedines non causant in medio duas species sed unam tantum<sup>101</sup>, ut inferius patebit.

Ad secundum conceditur quia<sup>102</sup> baculus positus in medio facit duas umbras, unam ex una parte et aliam ex alia parte, non quidem<sup>103</sup> existentibus duobus luminibus<sup>104</sup> in toto medio, assumitur<sup>105</sup>, quod unum lumen sit ab<sup>106</sup> una parte, et aliud ex alia parte, ut ymaginatur illa ratio, sed quia ex utraque parte, ut prius dat lumen magis extenssum, facit ille baculus, quod sit lumen magis remissum.

Ad tertium vero dicitur, quod illa ratio procedit ex falsa ymaginatione, ymaginatur enim, quod color causet quandam intentionem in medi, et nichil plus faciat, et ista intentio sic causata sit primum agens, quod principaliter movet oculum, hoc autem est falsum. Ymmo color est, qui movet totum, quidquid ei eius per directam<sup>107</sup> lineam opponitur, qualiter<sup>108</sup> se extendit sive advertit<sup>109</sup>. Ita et aer et oculus et totum, quod ei directe opponitur, respicit omnem<sup>110</sup> colorem et unum mobile. Unde color est, //47ra// quodam<sup>111</sup> totum medium unum quod<sup>112</sup> cum oculo immutat et quia talis immutatio

<sup>85</sup> affirmatio in margine C.

<sup>86</sup> de lumine, et add. V.

<sup>87</sup> ille: iste V.

<sup>88</sup> etiam om. V.

<sup>89</sup> ergo add. V.

<sup>90</sup> propter: per V.

<sup>91</sup> et: duae V.

<sup>92</sup> vel quibuscunque add. V.

<sup>93</sup> simul add. V.

<sup>94</sup> simul et: est V.

<sup>95</sup> quas add. V.

<sup>96</sup> aductus: adduxit V.

<sup>97</sup> ...(?) conclusiones(?) in margine C.

<sup>98</sup> dicendo: dicendum V.

<sup>99</sup> duo om. V.

<sup>100</sup> et: duae V.

<sup>101</sup> 55a V.

<sup>102</sup> quia: quod V.

<sup>103</sup> propter hoc add. V.

<sup>104</sup> luminibus: luminaribus V.

<sup>105</sup> assumitur: afferit V.

<sup>106</sup> ab: ex V.

<sup>107</sup> eius per directam: secundum rectam V.

<sup>108</sup> qualiter: quam V.

<sup>109</sup> sive advertit: sua virtus V.

<sup>110</sup> omnem: ipsum V.

<sup>111</sup> quedam: qui V.

<sup>112</sup> quod om. V.

fit secundum rectam lineam, ideo color non immutat ad videndum, nisi illum oculum, qui ei secundum rectam lineam opponitur. Et quia unum album opponitur uni<sup>113</sup>, et aliud alii, existendum in medio<sup>114</sup>

unus oculus videt unum album, et alius oculus videt aliud album non propter diverssas extenssiones<sup>115</sup> existentes in eodem medio, sed secundum<sup>116</sup> hoc quod unus oculus opponitur secundum rectam lineam uni albo at alius alii. Et ideo unus oculus movetur ab uno albo et alius ab alio albo<sup>117</sup>.

Ad secundam<sup>118</sup> dicitur, quod maior est falsa, quia secundum *Philosophum* in *De sensu et sensato*, tota aqua potest calefieri, ita quod non una pars ante aliam, sed minus<sup>119</sup> precedit magis intenssum. Unde ad hoc, quod forma habeat esse reale, vel intentionale, non refertur, utrum fiat in instati, vel in tempore.

Ad tertium dico, quod tam illa forma, que remanet<sup>120</sup> in absentia agentis et<sup>121</sup> illa, que non manet, possunt esse reales, alioquin coelum non posset manere, nisi conservante suo agente immediato<sup>122</sup>, qui est deus, si<sup>123</sup> esset ens intentionale, quod nullus diceret. Figura est quam<sup>124</sup> causat sigillum in aqua<sup>125</sup>, est ita realis et ita bene<sup>126</sup> ens reale; sicut figura, quam causat in cera, et tamen una non manet in<sup>127</sup> absentiam agentis, et alia manet. Unde sic manere, vel non manere nichil facit ad propositum, hec est igitur oppinio huius doctoris cum suis motivis.<sup>128</sup>

Restat ergo secundo declarare, quantum ad ista argumenta<sup>129</sup>, opinionem doctoris nostri domini<sup>130</sup> Aegidii, sicut eam intelligo. Cuius gratia est advertendum, quod esse intentionale potest intelligi dupliciter.<sup>131</sup> Uno modo, sicut dicebatur in opinione praedicta, pro ut distinguitur simpliciter contra esse reale. Et sic dicuntur habere esse intentionale illa, que solum habent esse per operationem intellectus, ut genus, et species, et universaliter intentiones logicae. Et isto<sup>132</sup> lumen et species colorum in medio non sunt huiusmodi, ut patet de se.

Alio modo dicitur habere<sup>133</sup> esse intentionale, quia habet debile esse reale. Verum<sup>134</sup> non omne, quod dicitur habere<sup>135</sup> debile esse reale habet<sup>136</sup> esse intentionale. Idcirco ulterius est advertendum, quod aliquid habere debile esse reale<sup>137</sup> potest intelligi dupliciter. Uno modo, quia non habet totum esse suum simul, sive permanentem<sup>138</sup>, sed in quaedam suscessione, sicut motus, vel tempus. Quae sic se<sup>139</sup> habent esse reale debile, //47rb// non dicuntur habere esse intencionale. Et supposito per hoc quod hoc diceretur aliquo modo habere esse intentionale<sup>140</sup>, quia esse ipsorum est totum simul, tamen consistunt intentione.

<sup>113</sup> oculo *add. V.*

<sup>114</sup> existendum in medio: ideo existente eodem *V.*

<sup>115</sup> extenssiones: intentiones *V.*

<sup>116</sup> sed secundum: se propter *V.*

<sup>117</sup> albo *om. V.*

<sup>118</sup> rationem *add. V.*

<sup>119</sup> Intensum *add. V.*

<sup>120</sup> remanet: manet *V.*

<sup>121</sup> et: quam *V.*

<sup>122</sup> immediato: immediato *V.*

<sup>123</sup> si: et *V.*

<sup>124</sup> quam *it. C.*

<sup>125</sup> in aqua *om. C.*

<sup>126</sup> ita bene *om. C.*

<sup>127</sup> in absentia: ad absentiam *V.*

<sup>128</sup> opinio ...(?) *add. C.*

<sup>129</sup> ista argumenta: istum articulum *V.*

<sup>130</sup> domini *om. V.*

<sup>131</sup> esse intentionale potest intelligi dupliciter *in margine C.*

<sup>132</sup> modo *add. V.*

<sup>133</sup> aliquid *add. V.*

<sup>134</sup> quia *add. V.*

<sup>135</sup> dicitur habere: habet

<sup>136</sup> habet: dicitur habere

<sup>137</sup> debile esse reale: esse reale debile

<sup>138</sup> permanentem: permanens

<sup>139</sup> se *om. V.*

Alio modo dicuntur habere aliqua debile esse intencionale<sup>141</sup>, quia suum esse consistit in comparatione ad aliud et hoc modo dicuntur relationes habere debile esse reale, ymmo secundum Commentatorem<sup>142</sup> relatio inter omnia<sup>143</sup> alia praedicamenta minime habet de entitate. Sed quae nec sic habent debile esse reale, dicuntur propter<sup>144</sup> habere esse intentionale<sup>145</sup>, quia quamvis species in medio existentes, ducant in cognitionem suorum obiectorum et repraesentent ipsa formaliter<sup>146</sup> et intrinsece non consistit in aliud se habere, quia non sunt in praedicamento relationis per se.

Tertio modo aliqua dicuntur habere debile esse reale, quia ad sui existentiam requirunt praesentiam suae causae proximae et immediatae. Sed quia non omnia, quae ad sui existentiam requirunt praesentiam suae causae propter<sup>147</sup> et immediatae dicuntur habere esse intentionale<sup>148</sup>: est adhuc ulterius notandum, quod causa, ut ad praesens spectat, potest capi dupliciter. Est enim quaedam naturalis, quaedam supernaturalis: illa enim, quae ad sui existentiam requirunt causae supernaturalis praesentiam, et si sit proxima et immediata non dicuntur propter hoc habere esse intentionale; alias coelum et intelligentiae et omnes creaturae a deo productae immediate dicerentur habere esse intentionale, quod est evidenter falsum. Illa autem, quae ad sui existentiam requirunt praesentiam suae causae naturalis proximae et immediatae ad huc sunt in duplici genere, quedam aliam sic requirunt praesentiam suae causae naturalis proximae et immediatae<sup>149</sup> quod non deficiunt a ratione propriae<sup>150</sup> speciei, nec sunt precise illud, quo anima tendit in cognitionem illius causae et quae<sup>151</sup> ad sui existentiam requirunt praesentiam suae causae naturalis, non dicuntur habere esse intencionale: immo habent verum<sup>152</sup> esse reale et hoc modo lumen lune et lumen stellarum dicuntur et precise requirunt lumen solis illuminantis nullus tamen<sup>153</sup> hoc diceret, quod luna<sup>154</sup>, et stellae haberent esse intencionale, nec lumen in eis existens.

Aliqua<sup>155</sup> sunt habentia ita debile esse reale, quod non solum ad sui existentiam requirunt praesentiam suae causae naturalis proximae et immediatae: ymo una et<sup>156</sup> defficiunt a perfectione propriae speciei, et proprie loquendo sunt illud, quo anima tendit in cognitionem alterius. Et quae sic habent et debile esse reale, dicuntur habere esse intentionale, quia defficiunt a ratione proprie speciei, nec sunt per se et directe in praedicamento: nec sunt ulterius principium alicuius rei existentis in praedicamento //47v// per se, sed tantum illud, quo anima tendit in aliud et ideo non dicuntur habere esse reale, sed intentionale, cui tamen alludit expositio vocabuli. Intencionale<sup>157</sup> enim dicitur, quo in alio<sup>158</sup> tenditur et isto modo lumen et species colorum in medio dicuntur habere esse intencionale quia<sup>159</sup> requirunt namque ad sui<sup>160</sup> existentiam suae causae naturalis proximae et

<sup>140</sup> lumen tamen et species coloris in medio non dicuntur hoc modo habere esse intentionale. Et supposito per hoc quod hoc diceretur aliquo modo habere esse intentionale; lumen tamen et species coloris in medio non dicuntur hoc modo habere esse intentionale *add. V.*

<sup>141</sup> intencionale: reale *V.*

<sup>142</sup> commentatorem: philosophum *V.*

<sup>143</sup> omnia *om. V.*

<sup>144</sup> hoc *ad. V.*

<sup>145</sup> Et ulterius supposito, quod relationes dicerentur habere esse intentionale, lumen tamen et species colorum in medio, sive in aere non dicerentur propter hoc habere esse intentionale /55b *V/ add. V.*

<sup>146</sup> suum esse tamen formaliter *add. V.*

<sup>147</sup> propter: proxime *V.*

<sup>148</sup> causae accipiuntur dupliciter *in margine C.*

<sup>149</sup> ad huc sunt in duplici genere, quedam aliam requirunt praesentiam sive causae naturalis proximae et immediatae *om. V.*

<sup>150</sup> proxiae: propriae *V.*

<sup>151</sup> sic *add. V.*

<sup>152</sup> sunt vere: habent verum *V.*

<sup>153</sup> propter *add. V.*

<sup>154</sup> nulla: luna *V.*

<sup>155</sup> vero *add. V.*

<sup>156</sup> et: cum hoc *V.*

<sup>157</sup> Unde dicitur intencionale ...(?) *in margine C.*

<sup>158</sup> alio: aliud *V.*

<sup>159</sup> quia *om. V.*

<sup>160</sup> in *add. V.*

immediatae et principia<sup>161</sup> dependet enim species in medio ab obiecto et quantum ad esse et quantum ad fieri, sic, quod<sup>162</sup> nullo modo habent esse, si<sup>163</sup> ad praesentiam obiecti. Deficiunt<sup>164</sup> a ratione et perfectione propriae speciei: nullus enim diceret, quod albedo secundum suum esse, quod habet in subiecto et secundum esse, quod habet in medio fuerit<sup>165</sup> directe<sup>166</sup> proprie, et per se eiusdem speciei propter imperfectum esse talium specierum, aut<sup>167</sup> vellet quis negare senssum et rationem. Lumen etiam et species colorum in medio ratione sui esse imperfecti non terminant actum animae, sed proprie loquendo sunt illud, quod anima tendit in obiectum, non enim videtur species coloris<sup>168</sup> in medio, sed mediante specie coloris videtur ipse<sup>169</sup> color, et terminat actum visus, nec lumen<sup>170</sup> in medio, proprie dicitur terminare actum visus, sed mediante lumine potentia visiva fertur in obiectum. Habent igitur lumen et species coloris in medio esse intentionale, et non reale eo modo, quo expositum est. Et isto modo intelligenda sunt dicta<sup>171</sup> doctoris nostri, quando dicit lumen et species coloris in medio<sup>172</sup> esse intentionale, non tamen propter hoc intendit negare ab istis intentionibus entitate<sup>173</sup> aliquam realem extra animam, ut potest patere ex dictis. Est<sup>174</sup> ulterius advertendum quod in predictis intencionalibus est dare gradus: non enim omnes intenciones habent esse in medio aequae debile reale. Sed quaedam<sup>175</sup> magis forte, quaedam vero magis debile, ut patet de se. Hiis<sup>176</sup> igitur sic<sup>177</sup> assuppositis<sup>178</sup> iuxta doctrinam doctoris nostri pono duas<sup>179</sup> conclusiones contrarias conclusionibus alterius opinionis. Prima<sup>180</sup> est<sup>181</sup> quod si<sup>182</sup> huiusmodi lumen, et species coloris<sup>183</sup> non habent esse reale in medio<sup>184</sup>, sed intentionale. Secunda<sup>185</sup> est quod duo luminaria, sive duae species solo numero differentes possunt esse in eadem parte aeris, sive in uno et eodem subiecto, ita, quod species in medio numerantur numeratione obiecti et non subiecti.

Prima<sup>186</sup> conclusio probatur dupliciter<sup>187</sup>.

1. Prima<sup>188</sup> sic. Omnis forma, quae ad sui existentiam requirit suae causae naturalis proxime et immediatea<sup>189</sup>, et deficit a perfectione sue<sup>190</sup> propriae speciei, habet esse intentionale et proprie loquendo non dicitur habere esse reale sed lumen et species //47vb// coloris in medio sunt huiusmodi, ergo. Maior et minor patent ex dictis.

<sup>161</sup> et principia: praesentiam V.

<sup>162</sup> \* *add. C.*

<sup>163</sup> si: nisi V.

<sup>164</sup> Etiam *add. V.*

<sup>165</sup> fuerit: sint V.

<sup>166</sup> et *add. V.*

<sup>167</sup> aut: nisi V.

<sup>168</sup> coloris: colorum V.

<sup>169</sup> ipse: ipsemet V.

<sup>170</sup> quod est *add. V.*

<sup>171</sup> dicta: verba V.

<sup>172</sup> habere *add. V.*

<sup>173</sup> entitate: entitamen V.

<sup>174</sup> tamen *add. V.*

<sup>175</sup> habent *add. V.*

<sup>176</sup> Hiis: Hic V.

<sup>177</sup> sic *om. V.*

<sup>178</sup> assuppositis: suppositis V.

<sup>179</sup> 56a V.

<sup>180</sup> Prima conclusio *in margine C.*

<sup>181</sup> est: conclusio, scilicet V.

<sup>182</sup> si *om. V.*

<sup>183</sup> in medio *add. V.*

<sup>184</sup> in medio *om. V.*

<sup>185</sup> Secunda conclusio *in margine C.*

<sup>186</sup> Prima conclusio probatur dupliciter *in margine C.*

<sup>187</sup> dupliciter: quadrupliciter V.

<sup>188</sup> prima *om. V.*

<sup>189</sup> praesentiam *add. V.*

<sup>190</sup> sue *om. V.*



2. sic illud, quo anima sic tendit in cognitionem alterius, proprie loquendo et non potest actum aliquem terminare dicitur habere esse intentionale et non debet dici<sup>191</sup> esse reale: lumen et species<sup>192</sup> sunt huiusmodi ergo, maior et minor etiam patent ex dictis.

3. Unumquodque agens introducit formam in materiam secundum conditionem et dispositionem materiae, sed medium non est dispositum, nec potest<sup>193</sup> recipere species coloris<sup>194</sup>, sine lumen secundum modum essendi realem, quem habent in suis subiectis, ergo huiusmodi species, et lumen non habet in medio esse reale. Maior huius rationis patet per *Philosophum secundo huius*, non enim quaecumque forma introducit in quamcumque materiam, sed determinata forma in determinatam et dispositam materiam. Minor probatur, nam propria et perfecta dispositio ipsius subiecti coloris est habere esse operatum<sup>195</sup> et determinatum<sup>196</sup> ut patet in libro *De sensu et sensato* ubi dicitur quod color est<sup>197</sup> extremitas perspicui in corpore terminato. Propria autem et perfecta dispositio<sup>198</sup> lucis est esse denssum<sup>199</sup> unde nichil lucet nisi denssum<sup>200</sup>. Et ideo stella et quilibet planeta<sup>201</sup> lucens, est denssior<sup>202</sup> pars coeli, vel sui orbis. Medium autem, sive aer non est corpus denssum, nec habet esse depatum(?) sive cumulatam.<sup>203</sup> Ideo non est<sup>204</sup> aptum natum, sive dispositum ad recipiendum lumen, sive species colorum secundum suum esse reale, quod habent in suis proptiis subiectis.

4. Si lumen et species coloris<sup>205</sup> in medio haberent esse reale, sequeretur quod sensibile positum supra sensum faceret sensationem<sup>206</sup>, consequens est falsum, ergo. Falsitas consequentis patet, secundo huius. Consequentia probatur, quoniam species multiplicantur per medium usque ad organum visus et recipiuntur in oculo, secundum quod sunt in medio<sup>207</sup>, sicut in ipso sensibili essent in sensu et sensibile supra<sup>208</sup> facerent sensum.

Secunda conclusio<sup>209</sup> probatur<sup>210</sup> quadrupliciter.

1. Sic. Illa sunt essentialiter diversa quorum uno totaliter destructo remanet relicum<sup>211</sup> in suo esse complecto<sup>212</sup>, sed species duorum obiectorum in medio ipso sic se habent, quod una earum totaliter destructa, altera remanet, vel remanere potest in suo esse completo, ergo. Maior patet quia eius conclusio<sup>213</sup> evidenter implicat<sup>214</sup>. Minor etiam satis est clara<sup>215</sup>, nam si oculus simul videret album et nigrum vel duo alba; si alterum istorum corrumperetur, vel removeretur, sive corrumperetur species illius, quae erat in medio, et tamen remaneret species alterius //48ra// in suo esse completo, quia adhuc visus alterum istorum videret et iudicaret, sicut prius.

<sup>191</sup> habere *add. V.*

<sup>192</sup> coloris in medio *add. V.*

<sup>193</sup> potest: aptum natum *V.*

<sup>194</sup> coloris: colorum *V.*

<sup>195</sup> operatum: opacum *V.*

<sup>196</sup> deteratum (*sic*) *C.*

<sup>197</sup> habere esse *add. V.*

<sup>198</sup> subiecti ipsius *add. V.*

<sup>199</sup> denpssum *C.*

<sup>200</sup> denpssum *C.*

<sup>201</sup> paleneta *C.*

<sup>202</sup> denpssior *C.*

<sup>203</sup> depatum(?) sive cumulatam: opacum, sive terminatum *V.*

<sup>204</sup> subiectum *add. C.*

<sup>205</sup> coloris: colorum *V.*

<sup>206</sup> sensationem: sensum *V.*

<sup>207</sup> si igitur haberent esse reale in medio *add. V.*

<sup>208</sup> supra: super sensum *V.*

<sup>209</sup> probatur quadrupliciter *in margine C.*

<sup>210</sup> est *add. V.*

<sup>211</sup> relicum: reliquum *V.*

<sup>212</sup> complecto: complete *V.*

<sup>213</sup> conclusio: contradictoria *V.*

<sup>214</sup> implicat: implicat *V.*

<sup>215</sup> etiam satis est clara: est satis evidenter est clara *V.*

Et confirmatu ista ratio quia in speculo opposito<sup>216</sup> duobus corporibus apparent duae imagines distincte tamen<sup>217</sup> si una corrumpatur, altera vel remanet<sup>218</sup> potest quare. Istam rationem in<sup>219</sup> materia reputo<sup>220</sup> insolubilem.

2. Accipio duas species duorum sensibilium ut puta, albi et nigri. Et peto de<sup>221</sup> utraque species si<sup>222</sup> remanet in medio in<sup>223</sup> suo esse distincto et nulla corrumpitur aut utraque corrumpitur et nulla remanet aut una corrumpitur et alia remanet patet per sufficienter divisioni. Si detur primum, habetur propositum quia in medio habent esse distinctum<sup>224</sup>. Si vero detur<sup>225</sup> secundam, quod<sup>226</sup> utraque corrumpentur sic, quod nulla remanet in medio. Aut utraque corrumpentur et fiet (*sic*)<sup>227</sup> una species media. Patet etiam per locum a sufficienti divisione. Si detur primum, tollitur totaliter species a medio et per consequens nihil videbitur quod est contra sensum. Si<sup>228</sup> secundum, tunc illa media non sunt<sup>229</sup> eiusdem rationis cum extremis sicut rubeum non est eiusdem rationis cum albo et nigro, et sic non faceret directe cognitionem albi et nigri. Si vero detur tertium, videlicet, quod una corrumpatur, et altera remanet, tunc videbitur illud sensibile, cuius erat illa species, quae corrumpitur quia nullam speciem habet in medio<sup>230</sup> patet ad sensum. Nullo igitur modo duae species in medio possunt fieri una species numero.

3. Si due<sup>231</sup> species diversorum sensibilium in medio essent una species numero, sequeretur quod sensus, ut puta, visus non posset cognoscere diversitatem graduum diversarum formarum visibilium<sup>232</sup> ut<sup>233</sup> magis album et minus album, consequens est falsum, et contra sensum, ergo. Consequentia probatur, nam<sup>234</sup> una species numero non habet gradum, et gradum faltem pro eodem tempore, ergo, si species illae diversorum sensibilium essent una species numero, tunc visus non cognosceret diversitatem formarum, sive graduum earum<sup>235</sup>.

4. Illae formae<sup>236</sup>, quae non extenduntur extensione materiae, nec<sup>237</sup> numerantur numeratione subiecti, sed lumen et species<sup>238</sup> non extenduntur extensione medii, ergo. Maior nota. Minor probatur. Illae formae, quae non educuntur de potentia materiae, non extenduntur extensione medii<sup>239</sup>, haec patet ex dictis in<sup>240</sup> conclusione superius de extensione formarum, sed species in medio //48rb// non educuntur de potentia materiae, quia, quod educitur de potentia materiae, educitur per motum, et transmutationem, hec autem, proprie loquendo, non est motus, nec talis<sup>241</sup> transmutatio, ergo etc.

<sup>216</sup> opposito: apposito V.

<sup>217</sup> tamen: et V.

<sup>218</sup> altera vel remanet: altera remanet, vel remanere V.

<sup>219</sup> ista om. V.

<sup>220</sup> reputo: ista puto V.

<sup>221</sup> de: aut V.

<sup>222</sup> si om. V.

<sup>223</sup> in: sub V.

<sup>224</sup> distinctum: distinctae V.

<sup>225</sup> 56b V.

<sup>226</sup> quod: aut V.

<sup>227</sup> et fiet (*sic*): sic quod hec V.

<sup>228</sup> detur add. V.

<sup>229</sup> sunt: erit V.

<sup>230</sup> cuius oppositum add. V.

<sup>231</sup> due om. V.

<sup>232</sup> ut puta, visus non posset cognoscere diversitatem graduum diversarum formarum iter. C.

<sup>233</sup> ut: videlicet V.

<sup>234</sup> nam om. V.

<sup>235</sup> ergo add. V.

<sup>236</sup> pomae (*sic*) C.

<sup>237</sup> nec: non V.

<sup>238</sup> in medio add. V.

<sup>239</sup> medii: materiae V.

<sup>240</sup> tertia add. V.

<sup>241</sup> talis om. V.

Patet igitur<sup>242</sup> conclusio, et per consequens conclusiones alterius doctoris non esse veras rationes, autem<sup>243</sup> quas aducit (*sic*) contra se, non sunt solutae. Et ideo arguo contra conclusiones<sup>244</sup>.

Prima namque ratio stat in vigore suo, nam minor, quam ipse negat, est totaliter vera, ut patet ex ista<sup>245</sup> conclusione immediate probata. Nec probationes illius minoris sunt sufficienter solutae. Prima quidem probatio non solvitur, ymo solutio sumit unum falsum, videlicet, quod lumen duarum candelarum in eodem foramine eiusdem tabulae est unum lumen, et non plura: hoc enim est falsum, quod sic probatur. Illa enim<sup>246</sup> sunt essentialiter plura, sive diversa, quorum uno diminuto<sup>247</sup> secundum entitatem, aliud augmentatur entitative, sed lumina<sup>248</sup> causata a diversis luminibus<sup>249</sup> in eodem foramine, sic, se possunt habere, quod unum diminuetur, et aliud augmentabitur simul et semel, ergo.<sup>250</sup> Maior patet, nam alias unum et idem simul et semel augmentaretur et diminueretur, quod implicat. Minor probatur. Nam si ex utraque parte tabulae ponatur ignis, sic quod unus continue augmentaretur et alius<sup>251</sup> diminuetur, lumen in foramine ignis augmentabitur augmenti<sup>252</sup> luminis vero alterius diminuetur in eodem foramine, lumina igitur ista non sunt unum lumen, sed plura.

Secunda probatio etiam non<sup>253</sup> soluta, immo magis videtur propositum confirmare dicitur enim in solutione illius pro nunc<sup>254</sup>, quod baculus positus in medio duarum candelarum, facit duas umbras, non propter hoc<sup>255</sup> aufert<sup>256</sup> lumen unius candelae ex una parte, et lumen alterius ex alia parte<sup>257</sup>, sed lumen, quod erat<sup>258</sup> magis intenssum, habet esse magis remissum. Ista igitur responsio habet pro inconvenienti, quod lumen unius candelae auferatur, alio manente, ex quo sunt unum lumen, sed amota una candela ex toto, alia manente, aufertur totaliter lumen unius, manente lumine alterius, ergo non possunt esse unum lumen, ymo necessario plura. Haec igitur solutio confirmat propositum. Tertia etiam probatio nullo modo solvitur, totaliter enim est impossibile, quod species coloris<sup>259</sup> in<sup>260</sup> medio sit una species numero. Et, quamvis hoc satis appareat ex dictis in secunda conclusione, tamen roboratur adhuc una tali ratione<sup>261</sup>. //48va// Si species duorum sensibilium essent in medio et fierent una species numero, sequeretur quod sensus videndo duo sensibilia, ut puta, album et nigrum, vel duo alba, non iudicaret illa diversa, ymo unum, consequens est contra sensum, ergo. Consequentia probatur, quia quae videntur per unum principium formale ab eadem potentia formaliter sumpta, videntur, ut idem, et non, ut diversa, sed ista principia<sup>262</sup> videntur per unum<sup>263</sup> principium formale, et per eandem speciem, et ab eadem potentia, ergo sensus non iudicaret ista diversa, sed unum. Prima igitur ratio non est soluta.

<sup>242</sup> secunda *add. V.*

<sup>243</sup> autem: etiam illae *V.*

<sup>244</sup> conclusiones: solutiones *V.*

<sup>245</sup> secunda *add. V.*

<sup>246</sup> enim *om. V.*

<sup>247</sup> diminuto (*sic*): diminuto *V.*

<sup>248</sup> luna (*sic*) *C.*

<sup>249</sup> luminibus: luminaribus *V.*

<sup>250</sup> etc. *add. V.*

<sup>251</sup> continue *add. V.*

<sup>252</sup> augmentabitur augmenti: augmentati augmentabitur *V.*

<sup>253</sup> est *add. V.*

<sup>254</sup> pro nunc: primae *V.*

<sup>255</sup> quod *add. V.*

<sup>256</sup> aufert: auferat *V.*

<sup>257</sup> parte *om. V.*

<sup>258</sup> ibi *add. V.*

<sup>259</sup> coloris: duorum colorum *V.*

<sup>260</sup> 57a *V.*

<sup>261</sup> tali ratione: ratione tali *V.*

<sup>262</sup> principia: visibilia *V.*

<sup>263</sup> unum: idem *V.*

Secunda etiam non solvitur, primum<sup>264</sup> quia exemplum, quod producit<sup>265</sup> de aqua nichil est ad propositum<sup>266</sup>, nam aliud est forma introduci in instanti, et aliud est quasi<sup>267</sup> forma ab oriente ad occidens se multiplicet<sup>268</sup> instanti. Primum quidem a nullo negatur. Secundum vero nulli convenit, nisi habeat<sup>269</sup> esse intentionale. Et ideo ista instantia<sup>270</sup> nichil videtur facere ad propositum. Et posito, quod esset ad propositum, magis videtur facere contra eum, quam pro eo, nam quamvis forma illa, puta, caliditas, vel frigiditas<sup>271 272</sup> in instanti, praecessit tamen motus, et transmutatio: lumen autem et species in medio, nulla transmutatione praecedenti, in instanti se multiplicat<sup>273</sup>, et ideo non videntur habere esse reale, sed intentionale eo modo, quo expositum est.

Tertia etiam ratio, si bene intelligatur, non solvitur, est autem<sup>274</sup> advertendum, quod illa ratio non est sic formanda absolute, sed debet reduci<sup>275</sup>, sicut ratio fuit deducta in arguendo contra istam opinionem<sup>276</sup>. Omnis forma, quae ad sui existentiam. Etiam<sup>277</sup> est prima ratio deducta<sup>278</sup> ad probandum primam conclusionem principalem, scilicet, quod species habet esse intentionale in medio. Require ubi<sup>279</sup> superius eam. Et si isto modo deducatur ratio, nullo modo solvitur, nec instantiae sunt ad propositum, ut patet intuenti. Ista igitur opinio non ratio<sup>280</sup> videntur in aliquo vera.

Et ideo restat respondere ad ratione istius doctoris.<sup>281</sup>

Ad primum, cum dicitur<sup>282</sup>. Illi<sup>283</sup> cui convenit ratio generis generalissimi. Dico, quod competere alicui rationem generis generalissimi<sup>284</sup> potest intelligi dupliciter. Uno modo, quod competat ei per se, et directe, et isto modo solum convenit eis, quae sunt per se et directe<sup>285</sup> in predicamento. Alio modo, quod indirecte competat alicui<sup>286</sup>, per reductionem et isto modo convenit illis, quae per reductionem habent esse in praedicamento. Nam eo<sup>287</sup> modo, quo aliqua sunt //48vb// in praedicamento, competit eis ratio praedicati. Et tunc dico ad minorem, quod lumini bene convenit ratio qualitatis isto secundo modo. Et dico ulterius, quod non solum illa, quae sunt in genere per se, sed etiam illa, quae sunt in genere per reductionem, ut puta intentiones<sup>288</sup>, si sint bene fortes, possunt denominare. Et ideo lumen denominat aerem, et aer potest dici illuminatus, se propter hoc non habetur, quod sit qualitas per se, sed quod sit qualitas<sup>289</sup> aliquo<sup>290</sup> modo concedo<sup>291</sup>.

Ad secundum, cum dicitur, illud, quod est in predicamento, sicut principium rey, etiam concessa. Maior: negatur. Minor: lumen enim non est principium rey existentis per se in

<sup>264</sup> primum *om. V.*

<sup>265</sup> producit: adducitur *V.*

<sup>266</sup> propositum: propotum (*sic*) *V.*

<sup>267</sup> quasi: quod *V.*

<sup>268</sup> in *add. V.*

<sup>269</sup> habeat: habenti *V.*

<sup>270</sup> instantia: instanti *V.*

<sup>271</sup> caliditatem (*sic*) vel frigiditatem *C.*

<sup>272</sup> introducatur *add. V.*

<sup>273</sup> multiplicat: multiplicant *V.*

<sup>274</sup> autem: tamen *V.*

<sup>275</sup> reduci *om. V.*

<sup>276</sup> formari *sic add. V.*

<sup>277</sup> etiam *om. V.*

<sup>278</sup> deducta: adducta *V.*

<sup>279</sup> ubi *om. V.*

<sup>280</sup> ratio *om. V.*

<sup>281</sup> rationes *in margine C.*

<sup>282</sup> vel dicebatur *add. V.*

<sup>283</sup> Illi: Illud *V.*

<sup>284</sup> alicui competere ratio generis generalissimi dupliciter dicitur *in margine C.*

<sup>285</sup> et directe *om. V.*

<sup>286</sup> et *add. V.*

<sup>287</sup> eo: eodem *V.*

<sup>288</sup> nota *in margine C.*

<sup>289</sup> sed quod sit qualitas *om. V.*

<sup>290</sup> tamen *add. V.*

<sup>291</sup> concedo: conciditur *V.*

praedicamento, ymmo est quidam effectus causatus a re existente in praedicamento sed<sup>292</sup> esse debile<sup>293</sup>. Unde iste doctor decipitur in ista ratione, ymaginatur enim, quod omne illud, quod ponitur<sup>294</sup> in predicamento per reductionem, est principium huius<sup>295</sup>, quod est per se in predicamento, sicut materia et forma, punctus, vel unitas, quod falsum est, nam illud<sup>296</sup> est in predicamento isto modo per reductionem, ad<sup>297</sup> aliud alio modo, secundum<sup>298</sup> quod causatur a re existente in predicamento secundum esse debile eo modo, quo dictum est. Et ideo ratio peccat per fallaciam consequentis.

Ad rationem probantem secundam conclusionem quando dicebatur esse accidentis, etc. Quamvis posset negari. Maior, si absolute loquatur de unitate vel pluralitate<sup>299</sup> quia esse habitus subiectus dependet a<sup>300</sup> subiecto, in quo ponitur talis habitus, quia est formae realis, unitas tamen specifica non dependet hoc modo a subiecto, ymo ab obiecto, et vel<sup>301</sup> a subiecto ex quo concedo tamen propositionem in materia data uniformiter sumptam.

Et tunc dico ad ...(?)<sup>302</sup> quod esse luminis et speciei esse in medio non dependet a subiecto ymo ab obiecto<sup>303</sup>, in hoc autem<sup>304</sup> differunt formae reales ab intencionibus<sup>305</sup> quia formae reales non<sup>306</sup> solum dependent ab obiecto, sive ab agente, quantum ad fieri, a subiecto vero, quantum adesse et conservare.<sup>307</sup> Formae vero intencionales totaliter dependent ab obiecto et quantum ad esse et quantum ad fieri et ideo sequitur, quod suam unitatem et pluralitatem<sup>308</sup> habereant<sup>309</sup> ab eodem. Est tamen advertendum quod non intendo propter hoc concludere<sup>310</sup> quin aliquae formae reales requirant praesentiam obiecti, eo modo, quo dictum est supra. Nec confirmatio huius rationis aliquid concludit. Primo<sup>311</sup> concludit oppositum quia illae formae non<sup>312</sup> magis a subiecto ymo ab obiecto, ut intentiones dictum est. //49ra//

Respondeo, igitur ad illam rationem, quam aducebat contra istam solutionem quia quamvis omnis forma<sup>313</sup> realis, quam intentionalis dependat aliquo modo absolute<sup>314</sup> tamen non eodem modo, ut patet ex praedictis nam formae reales dependent, quantum ad fieri intenciones<sup>315</sup> quantum ad esse, et quantum ad fieri. Et ideo non sequitur, si istae numerantur numeratione obiecti et non subiecti, si<sup>316</sup> illae<sup>317</sup> eodem modo et<sup>318</sup> numerentur, quia illae formae<sup>319</sup> reales magis dependent a subiecto<sup>320</sup>, minus ab obiecto et<sup>321</sup> intencionales totum per oppositum. Sic igitur patet veritas

292 sed: secundum V.

293 ut dictum est *add.* V.

294 ponitur: est V.

295 huius *om.* V.

296 illud: aliquid V.

297 ad: et aliquid V.

298 secundum: scilicet V.

299 vel pluralitate: et pluritate V.

300 57b V.

301 et vel: vel ex V.

302 ...(?): minorem V.

303 Modo(?) differunt formae reales ab intencionibus *in margine* C.

304 autem *om.* V.

305 intencionibus: intentionalibus V.

306 non *om.* V.

307 nota *in margine* C.

308 pluralitatem: pluritatem V.

309 haberent: habeant V.

310 concludere: excludere V.

311 primo: immo V.

312 dependent *add.* V.

313 tam *add.* V.

314 absolute: efficiente V.

315 intenciones: intentionales V.

316 si: quod V.

317 etiam *add.* V.

318 et *om.* V.

319 scilicet *add.* V.

320 et *add.* V.

321 et *om.* V.

doctoris nostri, et falsitas opinionis contrariae. Verum quia solutio dubiorum est manifestatio veritatis. Ideo contra dicta adduco<sup>322</sup> rationes aliquorum doctorum, quibus solutis magis apparebit evidenter<sup>323</sup> alia ratione<sup>324</sup>. Arguunt igitur diverssi doctores contra opinionem<sup>325</sup> doctoris nostri, et principaliter<sup>326</sup> contra secundam conclusionem<sup>327</sup> magis dubitabilis.<sup>328</sup>

Arguitur primo<sup>329</sup> sic. Numeratio accidentis oportet quod sit in<sup>330</sup> aliquo accidente (*sic*)<sup>331</sup> nihil numeratur enim per aliud qui<sup>332</sup> est seperatum ab eo; sicut nichil formaliter est unum per illud, quod est separatum, ut patet 7 Metaphysicae. Obiectum autem a quo generatur species intencionalis, est quid separatum ab ea, ergo species non potest numerari a subiecto<sup>333</sup>, sed ab unitate subiecti, sicut alia accidentia.

Secundo sic<sup>334</sup>. Si species intencionalis in medio numeraretur a subiecto<sup>335</sup> et non ab obiecto<sup>336</sup>, contingeret contradictoria verificari de eodem, consequens est falsum, ergo. Consequentia patet quia potest esse, quod unum<sup>337</sup> obiectum facit speciem suam in distinctis mediis<sup>338</sup>, puta, in diversis speculis, quorum unum est in uno loco et aliud in alio: verum est ergo dicere, quod illud speculum et quidquid<sup>339</sup> in eo<sup>340</sup> sit, est hic sit<sup>341</sup> et non alibi, sed per te eadem ymago numero est in alio speculo, ergo haec ymago erit alibi<sup>342</sup>, quod implicat, nisi<sup>343</sup> dicas, quod ymago nullo modo est in speculo, quod est evidenter falsum. Vel<sup>344</sup> nisi tu dicas quod sunt diverssae ymages in speculo<sup>345</sup> numero et sic habetur<sup>346</sup> propositum quia<sup>347</sup> obiectum sit unum et idem, non numeratur numeracione obiecti, sed subiecti. Et potest clarius deduci ista ratio nam amoto uno speculo, non manet ymago, quae erat in eo, et potest manere ymago, quae erat in alio, manente alio, ergo eadem ymago numero maneret et non maneret, quod evidenter implicat.

Tertio. Arguitur per experientiam, nam in uno speculo non apparet, nisi una ymago visibilis et<sup>348</sup> oppositi et<sup>349</sup> quod speculum si frangatur, nulla numeracione //49rb// facta ex parte visibilis oppositi, in qualibet parte speculi oppositi fracti apparebit<sup>350</sup> distincta ymago, ergo sicut accidentia numerantur a subiectis, saltem realia, in quibus habent esse, sic intencionalia<sup>351</sup>.

322 adduco: adducam V.

323 evidenter: veritas V.

324 Evidenter alia ratione: veritas questionis vel conclusionis V.

325 opinionem: conclusionem V.

326 principaliter: specialiter V.

327 quia est *add.* V.

328 contra doctorem arguendum(?) *in margine C.*

329 primo *add.* V.

330 in: ab V.

331 accidente (*sic*): coniuncto V.

332 aliud qui: aliquod, quod V.

333 numerari a subiecto: ab obiecto numerari V.

334 sic *om.* V.

335 a subiecto: ab obiecto V.

336 ab obiecto: a subiecto V.

337 unum: idem V.

338 ut *add.* V.

339 quidquid: quicquid V.

340 in eo sit: est in eo V.

341 hic sit: est hic V.

342 et non erit alibi *add.* V.

343 tu *add.* V.

344 vel: et V.

345 in speculo *om.* V.

346 habetur: habebitur V.

347 cum *add.* V.

348 et *om.* V.

349 et *om.* V.

350 apparebit: apparet V.

351 intencionalia: intentionalibus V.

Quarto. Ab aliis arguitur<sup>352</sup> sic. Si species una numero<sup>353</sup> numeraretur numeracione obiecti, et non subiecti, sequerentur<sup>354</sup> duo contraria simul et semel esse in eodem, consequens est falsum, ergo. Consequentia probatur, quia species albi et species<sup>355</sup> nigri sunt contrariae, si ergo haec<sup>356</sup> species manent distinctae in eadem parte medii, erunt duo contraria simul in eodem sumpta<sup>357</sup> probatur, scilicet, quod species albi et<sup>358</sup> nigri sunt contrariae, quia istae species sunt eiusdem rationis cum suis obiectis cum de necessitate sint in aliquo praedicamento et non possunt esse in aliquo, nec in alia<sup>359</sup> specie, quam sensibilia, a quibus causantur, nisi habeant esse fictum<sup>360</sup>, cum igitur album et nigrum sint contraria et species earum sunt contrarie, patet igitur consequentia.

< Quinto.<sup>361</sup> > Hoc sicut se habet unitas subiecti ad unitatem speciei, ita se habet diversitatis ad diversitatem. Haec patet, quia<sup>362</sup> diversitas<sup>363</sup> agentium est<sup>364</sup> unitatis effectus, sed unitatis<sup>365</sup> obiecti non arguit unitatem speciei, potest enim unum et idem obiectum in<sup>366</sup> diversis mediis, puta, in aere et in aqua causare diversas species. Nec potest dici<sup>367</sup>, sint una numero, nec<sup>368</sup> sequeretur quod in diversis<sup>369</sup> subiectis esset unum et<sup>370</sup> accidens numero quod falsum est.

Sexto. Etiam ex eodem fundamento, si species numerantur numeracione obiecti, sequeretur quod species sensibilis, generata in medio hodie, et heri, facta interruptione, esset una species quod<sup>371</sup> est falsum, quia generatum et corruptum non sunt unum numero. Consequentia probatur nam unum<sup>372</sup> sensibilia numero generavit utrasque et si unitatem<sup>373</sup> sensibilis sufficeret ad unitatem speciei sensibilis, ita species, quamvis esse suum esset interruptum, esset una species.

Septimo. Accipiantur duo alba et probatur quod species istorum non possent esse diversae seu distinctae ab<sup>374</sup> eadem parte medii quia secundum Philosophum<sup>375</sup> X<sup>o</sup>(?)<sup>376</sup> *Metaphysicae*, ab eodem agente in eadem materia non possunt procedere diversi effectus. Et hoc intelligendum est<sup>377</sup> si agens agat<sup>378</sup> secundum unam rationem agendi. Et materia patitur, sive recipiat<sup>379</sup> secundum unam rationem recipiendi, sed hoc est unum, et idem subiectum ut si componitur<sup>380</sup> quod eadem pars medii et *etiam agens est unum quilibet in numero sint diversa*<sup>381</sup> alba conveniunt tamen in forma albi per quam agunt et si non agunt, ut diversa, sed ut unum.

352 ab aliis arguitur sic: arguitur ab aliis sic V.

353 una numero: in medio V.

354 sequerentur: sequeretur V.

355 58a V.

356 haec: huius nodi (*sic*) V.

357 sumpta: assumptum V.

358 species *add.* V.

359 alia: aliqua V.

360 fictum: fixum V.

361 5 sic. *add.* V.

362 sicut *om.* V.

363 est causa *add.* V.

364 diversitatis alicuius effectus, ita unitas agentis est causa *add.* V.

365 unitatis: unitas V.

366 in *om.* V.

367 quod istae species *add.* V.

368 nec: nam V.

369 diversis: distinctis V.

370 idem *add.* V.

371 quod: numero, consequens V.

372 nam unum: quia idem V.

373 si unitatem: sicut unitas V.

374 ab: in V.

375 Philosophum: Commentatorem V.

376 X<sup>o</sup> (?): XII V.

377 quod *add.* V.

378 agat: agit V.

379 recipiat: recipit etiam V.

380 si componitur: supponitur V.

381 etiam agens est unum quilibet in numero sint diversa *om.* V.

Octo<sup>382</sup>. //49va// Quanto aliqua accidentia<sup>383</sup> dependent a subiecto, tanto magis numerantur numeratione subiecti, species intentionales magis dependent a subiectis, quam formae reales, ergo. Maior patet de se. Minor probatur quia quanto accidentia sunt debilissimae<sup>384</sup> entitatis, vel esse, tanto magis dependent a subiecto<sup>385</sup>, et hoc<sup>386</sup> est causa quare accidentia<sup>387</sup> dependent a subiectis et non ab accidentibus subiecti<sup>388</sup> quia accidentia habent<sup>389</sup> debile et non sunt per se entia, quanto ergo aliqua habent magis<sup>390</sup> esse debile, tanto magis dependent a subiecto, sed formae intentionales habent esse debilissimum per comparisonem ad formas reales, ergo.<sup>391</sup>

Hiis igitur non obstantibus dico<sup>392</sup> sicut prius, et respondeo<sup>393</sup> per ordinem ad predicta. Ad primum cum dicitur numeratio accidentalis oportet, quod sic de<sup>394</sup> aliquo coniuncto, etiam dico quod accidentia, sive formae<sup>395</sup> habent in suis subiectis esse fixum et non dependent in esse et in<sup>396</sup> fieri ab ipsis agentibus, quaedam vero non habent esse fixum in ipsis subiectis secundum se, sed dependent in esse et in<sup>397</sup> fieri ab ipsis agentibus. Propositio ergo habet veritatem in formis, habentibus in subiecto esse fixum, quales sunt formae reales non autem veritatem habent de formis, quae dependent ab agente secundum esse et fieri et non habent secundum se esse fixum in subiecto, quia solum habent ibi esse ad praesentiam obiecti, cuiusmodi sunt formae intentionales. Et ideo ratio nichil concludit.

Ad secundum, cum dicitur<sup>398</sup>, quod contingeret contradictoria verificari de eodem negatur(?), consequentia<sup>399</sup>. Cuius gratia est advertendum, quod plura requiruntur ad unitatem, quam ad diversitatem<sup>400</sup> plura<sup>401</sup> requiruntur ad hoc<sup>402</sup>, quod aliqua sint idem, quam ad hoc, quod aliqua<sup>403</sup> sint diverssa. Nam, sicut superius dictum est, aliud<sup>404</sup> agens secundum eandem rationem agendi potest agere diverssa in diverssis receptivis, vel in eodem<sup>405</sup> receptivo secundum diverssas rationes recipiendi et etiam in eodem receptivo secundum eandem rationem recipiendi possunt causari diverssa a diverssis agentibus et ab eadem secundum diverssas rationes agendi; sufficit ergo ad diverssitatem actuum<sup>406</sup> diverssitatis<sup>407</sup> agentis vel patientis ex parte<sup>408</sup>. Ad unitatem vero effectuum<sup>409</sup> requiritur unitatis causa ex parte agentis quam passientis<sup>410</sup>, plura igitur requiruntur ad unitatem

<sup>382</sup> et ultimo *add. V.*

<sup>383</sup> magis *add. V.*

<sup>384</sup> debilissime: debilioris *V.*

<sup>385</sup> <quam formae reales, ergo. Maior patet de se. Minor probatur quia quanto accidentia sunt debilissimae entitatis> *exp. iter. C.*

<sup>386</sup> hoc: haec *V.*

<sup>387</sup> Quare accidentia dependent a subiectis et non ab accidentibus *in margine C.*

<sup>388</sup> subiecti *om. V.*

<sup>389</sup> esse *add. V.*

<sup>390</sup> magis *om. V.*

<sup>391</sup> ...(?) Egidi(?) ad ...(?) sibi contrarius *add. 2<sup>nd</sup> hand C.*

<sup>392</sup> dico: dicendum *V.*

<sup>393</sup> respondeo: respondendum *V.*

<sup>394</sup> de: ab *V.*

<sup>395</sup> accidentales quaedam *add. V.*

<sup>396</sup> in *om. V.*

<sup>397</sup> in *om. V.*

<sup>398</sup> cum dicitur: quando dicebatur *V.*

<sup>399</sup> de eodem negatur(?) ergo: Negatur consequentia *V.*

<sup>400</sup> et *add. V.*

<sup>401</sup> plura requiruntur ad hoc quod aliqua sint idem, quam ad hoc, quod aliqua sint diverssa *in margine C.*

<sup>402</sup> ad hoc: ah hoc (*sic*) *V.*

<sup>403</sup> aliqua *om. V.*

<sup>404</sup> aliud: idem *V.*

<sup>405</sup> 58b *V.*

<sup>406</sup> actuum: effectuum *V.*

<sup>407</sup> vel ex parte *add. V.*

<sup>408</sup> ex parte *om. V.*

<sup>409</sup> effectuum: effectus *V.*

<sup>410</sup> Quam ...: Et recipientis *V.*



effectus, quam ad diversitatem //49vb// quocumque<sup>411,412</sup> ad hoc, quod species in medio sit una numero, requiritur unitate subiecti et obiecti<sup>413</sup>: unitatem enim factae vel<sup>414</sup> formarum sequitur tam unitas subiecti, quam unitas agentis, sive obiecti, sed ad hoc, quod tales formae sint plures aut<sup>415</sup> distinctae sufficit diversitas, sive pluralitas in obiecto vel in subiecto<sup>416</sup>, nam si subiecta sint plura, quamvis agens fit unum, erunt formae plures et distinctae, et si subiectum est unum, et<sup>417</sup> obiecta, sive agentia sint plura, necessario formae erunt plures, et non una. Quando<sup>418</sup> ergo<sup>419</sup> doctor noster dicit<sup>420</sup>, quod species<sup>421</sup> numeratur numeratione obiecti, et non subiecti, intelligit sic, quod non de necessitate unitas, et pluralitas<sup>422</sup> talium specierum sequitur unitatem et pluralitatem<sup>423</sup> subiectorum eo modo, quod tenebant<sup>424</sup> tenentes viam oppositam. Non tamen propter hoc intendit negare pluralitatem huius modi specierum, quando ponitur pluralitas in subiecto<sup>425</sup>, etiam si maneat unitas<sup>426</sup> in obiecto. Hoc igitur supposito, facile est respondere ad rationem, nam ymagines in diversis speculis non sunt una, sed plures. Et ideo nulla habetur contradictio.

Ad tertium patet<sup>427</sup> quid sit<sup>428</sup> dicendum, per<sup>429</sup> eodem modo solvitur cum secundo.

Ad quartum, cum dicitur, quod contraria essent simul vera(?)<sup>430</sup>. Nec<sup>431</sup> consequentia, nec probatio aliquid valent. Formae enim intentionales non contrariantur<sup>432</sup> invicem, sicut formae reales, quia deficiunt a ratione et perfectione propriae speciei, ut dictum est. Et quando dicitur, quod sunt eiusdem speciei cum suis obiectis, dicendum quod non sunt eiusdem rationis per se et directe, sed solum per reductionem et indirecte quia isto modo sunt in genere et ideo non oportet quod contrariantur adinvicem, sicut eorum obiecta contrariantur.

Ad quintum cum dicitur, sicut se habet unitas subiecti et caetera, et obiecti patet quid dum dum(?) per solutionem secundum rationis, non enim sic se habet ad unitatem unitas sicut ad diversitatem diversitas quia plura requiruntur ad unitatem quam ad diversitatem sicut dictum est.<sup>433</sup>

Ad sextum, cum dicit<sup>434</sup>, quod species generata<sup>435</sup> heri et hodie<sup>436</sup> essent<sup>437</sup> una numero. Nego<sup>438</sup> et ad probationem est advertendum, quod ad diversitatem talium specierum non<sup>439</sup> sufficit

411 quocumque: quoruncumque V.

412 et ideo *add.* V.

413 subiecti et obiecti: obiecti et subiecti V.

414 factae vel *om.* V.

415 aut: et V.

416 obiecto vel in subiecto: subiecto vel in obiecto V.

417 et: si V.

418 Quando philosophus(?) quid species numeratur species ...(?) obiecti et non subiecti. Egidius. *in margine C.*

419 dicit *add.* V.

420 dicit *om.* V.

421 in medio *add.* V.

422 pluralitas (sic) C.

423 pluralitatem: pluritatem V.

424 tenebant: ponebant V.

425 in subiecto: subiectorum V.

426 unitas *om.* V.

427 etiam *add.* V.

428 sit *om.* V.

429 per: quia V.

430 vera(?): simul in uno et eodem V.

431 nec: negatur V.

432 ad *add.* V.

433 Ad quintum cum dicitur sicut se habet unitas subiecti et caetera (*sic*) et obiecti patet quid dum dum(?) per solutionem secundum rationis, non enim sic se habet ad unitatem unitas sicut ad diversitatem diversitas quia plura requiruntur ad unitatem quam ad diversitatem sicut dictum est *om.* V.

434 cum dicit: quando dicebatur V.

435 generata: generata (*sic*) V.

436 sensibilis, non *add.* V.

437 essent: esset V.

438 consequentiam *add.* V.

439 solum *add.* V.

diversitas simpliciter obiecti, vel subiecti, sed etiam sufficit diversitas subiecti<sup>440</sup> secundum quid et diversitas obiecti<sup>441</sup>, secundum quid<sup>442</sup> licet agens sit unum et idem et etiam subiectum sit unum, si tamen agens, vel subiectum non se habent continue eodem modo ad medium; forma non continuabitur sine corruptione et ideo non erit una. Hoc namque patet, si quis respiciat<sup>443</sup> in speculo manente //50ra// eodem subiecto vel obiecto<sup>444</sup>, desinat esse ymago per mutationem subiecti vel obiecti<sup>445</sup> de loco ad locum, et si postea<sup>446</sup> generabitur alia ymago<sup>447</sup> prima propter causam praedictam. Sicut ergo ad distinctionem materialem<sup>448</sup> actuum sufficit eadem potentia, ut connotat aliquid<sup>449</sup> extrinsecum, ratione cuius interrumpitur actus, ut dictum est.<sup>450</sup> Ita suo modo ad diversitatem talium formarum sufficit distinctio subiecti vel obiecti<sup>451</sup>, ut connotat ad<sup>452</sup> extrinsecum, ratione cuius interrumpitur, et discontinuatur talis actus.

Ad septimum dico, quod suis<sup>453</sup> in medio due<sup>454</sup> causantur species<sup>455</sup> alborum, quamvis materia, sive subiectum sit unum agens, non tamen<sup>456</sup> est unum, ut assumitur nec illa duo alba agunt per unam et eandem rationem agendi. Et quando dicitur quod agunt secundum eandem formam specificam quia conveniunt in forma albi, per quam agunt. Dico, quod illa forma specifica non est una forma<sup>457</sup> in diversis individuis, sed solum una secundum conceptum. Albedo tamen in uno<sup>458</sup> albo totaliter distinguitur ab albedine in alio albo et quia duo alba agunt secundum esse reale, idcirco agunt secundum quod possunt<sup>459</sup> aliud et aliud, et non secundum quod sunt aliquo modo unum.

Ad ultimum patet, quid sit dicendum ex dictis. Formae namque intencionales non magis dependent a subiecto, quam ab obiecto ymo totum compositum<sup>460</sup>. Haec est differentia inter formas reales et intencionales, quia reales magis dependent a subiecto quam ab obiecto et ideo numerantur numeracione subiecti. Formae vero intencionales magis dependent ab obiecto et ideo numerantur numeracione obiecti eo modo, quo dictum est. Verum<sup>461</sup> probatio nichil<sup>462</sup> valet; ymo debet concludere oppositum, namque sua existentia<sup>463</sup> dependet a praesentia<sup>464</sup> obiecti. Idcirco habent ita esse debile<sup>465</sup> et ideo sua principalis dependentia est ab obiectis. Rationes igitur istae non videntur convincere nec<sup>466</sup> aliquid concludere. Et haec de primo principali sufficient.

440 subiecti: obiecti V.

441 et diversitas obiecti: vel etiam ipsius subiecti V.

442 secundum quid: unde V.

443 se *add.* V.

444 subiecto vel obiecto: obiecto et subiecto V.

445 subiecti vel obiecti: obiecti, vel subiecti V.

446 ponatur in eisdem locis, postea *add.* V.

447 alia ymago: imago alia numero a V.

448 materialem: numeralem V.

449 aliquid: aliquod V.

450 supra *add.* V.

451 subiecti vel obiecti: in obiecto, vel subiecto V.

452 ad: aliquod V.

453 suis: cum V.

454 due *om.* V.

455 duorum *add.* V.

456 non tamen: tamen non V.

457 forma: simpliciter V.

458 59a V.

459 ponunt: sunt V.

460 compositum: oppositum V.

461 verum: nec V.

462 nichil *om.* V.

463 extrema (*sic*) C.

464 principia (*sic*) C.

465 esse debile: debile esse V.

466 nec *om.* V.

